

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Die 26. Julii. Festo S. Annæ. Domius mortificat & vivificat. Qui non vult
mortificantem Dominum, non vult vivificantem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

Die 26. Iunij.

IN FESTO SANCTÆ ANNÆ.

Dominus mortificat & vivificat. 1. Reg. 2.

VERITAS PRACTICA.

Qui non vult mortificantem Dominum, non vult vivificantem.

RATIO EST. Quia qui non vult Dominum ordinare, seu quo se modo suaque eorum communicat, vult illum absoluere.

Sed qui non vult illum prius mortificantem quam vivificantem, non vult illum ordinare, nec quis se ille modo communicat.

Ergo absoluere non vult illum vivificantem. Quod perinde dampnum est, ac dicens: nolle Deum sibi propitium.

I. PUNCTUM.

*Orat, de
Nativit.
Virg. Ma-
ria.*

*Q*VONIAM futurum erat, inquit sanctus Joannes Damascenus, ut Dei Genius & Virgo ex Anna oriretur, natus. *ra Gratia* factum antevertire minimè ausa est: verò tantisper expellavit, dum gratia l. 4. de Fide fructum suum produxisse: Itemque alibi, *Quem admodum prisa illa Anna, qm sterilitate morbo laboraret, per orationem ac promissionem, Samuel procreavit: eodem modo lac etiam per obsecrationem & promissionem Dei genitricem à Deo accepit, ut ne hic queque cuiquam ex illius fructibus matronū cedaret. Itaque gratia, nam hoc sanat Anna vocabulum, Dominam partis, id enim maria nomine significatur. Vere etenim rerum omnium conditaram Dominam facta est, cum Conditora mater extitit. Rursumque idem sanctus Pater de hac quam vocat *Lectissimam & summulaudibus dignam mulierem; merito igitur, Anna divino Spiritu plena, latobiliarique animo personat, congaudete mecum quia promissionis germe ex sterili ventre peperi, ac benedictionis fructum uberibus meus, ut optaveram, nubio. Sierilitatem mortificationem exui, & latam secunditatu vestem indui. Congaudent mecum hodie Anna illa Phenenna adversaria: & novorum hoc atque inopinatum ministerium quod in me gestum est, suo exemplo concelebet.**

Alludit scilicet ad Canticum Annæ matris Samuels, quod habetur primi Regum secundo capite, ubi haec inter alia de sua sterilitate & fecunditate.

Hayneusue Pars tertia.

cunditate: Donec sterili peperit plurimos, & que multos habebat filios, infirmata est: Dominus mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit. Dominus pauperem facit & dicit: humiliat & sublevat; Et quæ sequuntur conformia, ex quibus deducitur quod sicut illa beatæ mulieres prius senserunt Dominum mortificantem quam vivificantem, sic & nos non nisi unum ab altero expectemus; aut certè, Qui nolit Deum mortificantem audiat ex veritate proposita, quod cum etiam nolit vivificantem.

Ratio est valde consideranda, quotiescumque agitur de Deo invocando, seu de divinis petendis aut recipiendis: nempe hæc omnia non nisi ordinare & quo se velit Deus modo comunicare, petenda sunt & expectanda. Cum enim ut *Sap. II.* ait Sapiens, *Omnia in mensura & numero & pondera diffonat Deus*, Sic nos etiam merito sibi suoque divino subjectos ordini & providentiae accommodatos exigit; sic vult: hyeme seri quod *Eccles. 2.* cœlestè colligatur; sic vult in iuventute colligi quod in senectute possideatur: sic uno verbo suis omnia spatiis & temporibus attemperavit, ut qui vellet aliquid aliter arque ordinatum est, non illud velle dicendus esset, neque enim vellet rationabiliter, sed insanè, impie & infandè. Hoc esset enim tentare Deum, hoc esset petere miraculum, hoc esset velle Deum perversare suum ordinem; quæ non nisi temeraria presumptione cogitari possunt, cum ne quidem pro salute animalium ordinatus rerum cursus *Iob. 21.* immutetur. Nunquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos judicat? Nunquid Deo potest comparari homo, etiam cum perfecta fuerit scientia? Nunquid semitam saeculorum custodire cupit, quoniam calcarunt viri iniurias? Acquiesce igitur ei, & habeo pacem, & per hoc habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem, & pones sermones eius in corde tuo. Sic apic apud Jobum, & passim in Scripturis.

II. PUNCTUM.

*S*ED qui non vult Dominum prius mortificantem quam vivificantem, non vult Dominum ordinare, seu quo se ille modo & ordine comunicare faciat.

Aeg

Hic

III. PUNCTUM.

- Hic est enim ordo seu ordinarius agendi modus Dei, ut priusquam insignem aliquam gratiam cuiquam conferat, permittat eum affligi, & eo maximè laborare atq; egere bono quod illi collaturus est, ut evidentius postea possit agnoscere beneficium, nec inde glorietur nisi in Domino.
- Tob. 21.** Sic Tobias agnoscebat acceptam gratiam, Benedico te Domine Deus Israel, quia tu cafigisti me & tu salvasti me. Tu siagebas & salvas, deducis ad inferos & reducis. Sic Sapiens: Tu es Dominus qui vita & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortuorum & reducis. Sic B. Job: ipse vulnerat & medetur, percutit, & manus eius sanabunt; Sic ipse deniq; Deus: Ego, inquit, occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo.
- In Ps. 29.** Quibus Scripturæ locis consonant S. Patres. **Mos. 13.** Mos est, inquit S. Basilus, sacre eloquij, si quando tristitia latetque commemoratur, tristia latu in ordine preponere, fructuonem boni efficiunt succundant, stirpes jam exaltas. Beneficium pœnae est posterius, percutiam & ego sanabo: ego occidam, & ego vivere faciam. Quia nos afflictant, præcurrunt; quo maiore cum constantia multiplicè gratiam nobis collatum conservemus. S. c. S. Hieronymus: Primum tristia amuntur, ut post malorum magnitudinem lata succedit. **Orm. 32.** Gravior quippe est sanitas ager ratione deputata: & doloris magnitudo in magnitudinem vertitur gaudiorum. Et ad Marcellum scribens: Dominus tu in laboribus hominum posuit, & salutifero paterna pietatis verbere visitarum, ut in pauore vexaram in multis bene disponeret.
- S. quoq; Gregorius Nazianzenus sic eloqueretur: Dominus, inquit, mortificat & vivificat, qui sola voluntate omnia facit atq; immutat: qui ex nede diem facit, ex hyeme vor, ex tempestate tranquillitatem, ex seccitate pluviam. Et post allata exempla Iosephi & Hebraeorum, sic pergit, quid hoc admirabilius, aut illustrius ð vine & magnificientia argumentum, cum ex rebus perditis ac deploratis, iter secunda aperire voluerit? S. vero Papa Gregorius de his fusissime in moralibus. Ac paucis deniq; S. Bernardus sive ad intellectum sive ad affectum: Paterna vox est, percutiam & ego sanabo. Non est proinde quod à Pare formides, qui ei satisfiar, nunquam vindicat. Id est, nunquam ita ferit ut tantum feriat & puniat; sed simul feriendo sanat & benefacit, sicut & sanando servat ac percutit, O vero paternam manum!
- Ep. 4.**
- Serv. 16.**
- in Cant.**
- Ad caput 30. Ier.**
- Dicitur.**
- Die 20. Martij.**
- De sancto Joachimo.**
- Die 26. Iulij. In Fefo S. Anna.**
- III. PUNCTUM.**
- Q**ui non vult igitur mortificantem Dominum, non eum vult, nec eum certè habebit vivificantem, quia non eum vult ordinatè, non vult conformiter voluntati & ordinationi divinæ. **Me** stenim de die in diem quarunt, & scire vias meas volunt, quæsi gena que justitiam fecerit, & judicium Dei sui non dereliquerit. **Qd.** non me inventent quia non benè querunt. **Queritis me,** & non inventietis; & ubi ego sum, vos non potestis venire; nisi vos videlicet cum gratia disponatis. **Venit** **1f. 21.** **mane** & nox; si queritis querite, nempe ut oportet unde & addit convertimint, venitis. **Quod & alibi** aptè exprimitur: Cum quasiteris Dominum suum, **Deut. 4.** inveniensem; sicut etiam tota corde quasiteris, & tota tribulatione anima tua. Quia dicereatur, non aliter cum invenies; **Quoniam** invenitur ab his quæ non tentant illum, inquit Sapiens: & promide ab his qui tentant illum non invenitur. Tentant autem ut diximus, qui perpetram & contra ordinatum rerum statum aliquid petunt.
- M**ans semina semen tuum, & usque ne esset manus tua, hoc est, utere in die ordinatis ad habendum quidquid peius; siou necessario seminandum est & laborandum videnti triticum, quin & oportet ut semen jactum in terram prius mortificetur quam viviscetur. Sic plane nobiscum à Deo agitur. Et quidem magis gratiosè & munificè nobiscum agitur, quam si nihil à nobis experteretur. Sic enim nos cooperatores suorum donorum efficit, in quibus obtinēdis major est gloria, de nostro aliiquid contulisse ad meritum, quam ex meo favore nobis omnia fuisse data.
- Sic B. Anna plu debemus quod dum sterilis esset, suis obtinuit precibus nobilem illum suum partum, B. Virginem Dei Matrem, quam si steriles non fuisset, nec orasset. Quamobrem oportet S. Joannes Damascenus: O par Beatum, lo. In Natione achim & Anna, vobu omnia creatura obstrida est. B. Virg. Per vos enim omniam donorum præstantissimum Creatori obtulit, nempe castam Matrem qua sola Creatore digna erat. Et alibi. Dignum sane quidem Serm. 2. ac maximè dignum effream laudare qua divinitas benignitate oraculum accepit, ac talem & tanum nobu fructum ostendit, ex quo dulcissime IESVS predicit. Hæc eo affectu dicas quo vis à B. impetrare Annam, ut sicut mortificantem Dominum libens sustinuit, antequam vivificantem sentire, sic tu sustineas & sentias.
- Vide in 2. parte, Die 20. Martij, De sancto Joachimo.

DE